

reverentia. Arundo clara arroganter, tota cervix, & flexibilis; in diversa, imò in contraria, si fuerit impulsu mota: minimèque credendum inclinationi, ne lateat fera in arundine: etenim cervicem non flecteret, dum erecta constituitur, ni ab aliquo levis incognito impelleretur. Pedetentim in arundineto discurrendum, ut cautio declinet damnum. Arundo sanè esset recta, ni instaret aura: spectandumque unde impulsu & à quo mota, ut compescatur perfidia: igitur aliquid urget inclinationem, ubi amicus deponit fracta fide rectitudinem.

14 Denique. Tam apud Sacros, quam Profanos, arundo levitatis, stultitiæ, ac falsitatis nota. Vide Gregor. Magnum Homil. 6. in *Evangel.* Ambros. lib. 5. in cap. 7. Luc. vers. 24. Pier. Valer. Hierogl. lib. 57. cap. 22. Ovid. 5. *Trist.* Eleg. 8. Unde Hilarus in *Matth.* Canon. 11. *Homo ut arundo fractu vacuus, exterior placens, nullus interior.* Et Petr. Celsens. lib. 5. *Epist.* 21. inquit: *Nescit vera*

Milar.

Petr. Cell.

Car filii amicus archidini colligitur

Ibid.

Petrarch.

Amici probati sunt, & à peccatore exclusi: Unde igitur noviter excludendi? A munere. In illo sese perfidi querentes, inclinationem vendebant tanquam arundines. Quare idem lib. 2. *Dialog.* 27. inquit: *Qui non est fidus, non est tibi verus amicus: Non te, fortunam respicit ille tuam.*

Apparuit fictio, cognito dolo, & timent ultionem ob introductam vassitatem, ne potestate nacta, procedat merito in merita; vel nequeant texere fraudem, prærent volunt, quia cognoscuntur: probatio in dignitate optima, sed fides probantium ficta: unde cum urget conscientiam ratio, atque criminum cognitio; lucrum dicant, totum argentum si expendant, modò probatum excludant: quandoquidem amici fregerunt fidem, duntaxat in exclusivem. Quid non prodent proditores de thesauris criminationum, pro nihilo reputantes arguentem? Criminationum thesaurum, ut probati fiat exclusio argento probationis, & argento. Refrigerium non habebit pectus? Miserum, quod habuit Paulus.

16 Turba multa Iudæorum, quasi turba canum persecutionem movens in Gentium Doctorem, interpellavit etiam ad Ethnicum iudicem, ut impostoris religionis litis fieret cognitio, & causâ caderet Paulus, medio iudice profano: equidem de lege perperam iudicare quibat, qui nec verbum legis noverat. Nihilominus tamen, cum stetit accusatores, nullam causam deserebant (dicit vel Ethnicus iudex) de quibus ego suspicabar malum. Nulla causa cognoscitur criminationis, & Paulus detinetur in vinculis? Diltortè exercetur iustitia, ubi nulla patet, vel later causa. Iudex, ut complaceret adversarijs, nihil probantibus ex obiectis, volebat Ierosolymam remitti, ut qui nequibat ratione, insidiam posset interfici. Paulus renuit, quippe intuitum cognovit, dixitque: *Si nihil est eorum, quæ hi accusant me, nemo potest me illis donare. Casarem appello.* Non congruit decreto legis, neque muneris rationis, pro causa, ubi nulla erat, tradi inimicis; igitur non esset tradi, sed prodi. Casarem appello. Tunc Iudex: Casarem appellasti? Ad Casarem ibis. Hæc, & imperante Nerone, exoptat Paulus? Utique: latebat dolus, quo adversarii urgebant in interitum, quin ullum posset habere profugium: & quanvis Casarem cognosceret, Casarem appellavit; quippequam ita valida causa, ita gravis, turpis perfidia inimici, ut clementiam cogitaret vel in Nerone.

Idem.

Odiū perfidii ex timore.

Eius impatiens & iustitiam & iudicem.

Act. 25. 14.

Verf. 1. 1.

Verf. 1. 2.

Pro.

Extremum persecutio- nis, & calamitatis.

Protectionem querebat à conventu malignantium, à multitudine operantium iniquitatem: & Superioris Iudicis intexit appellationem. Causa bona fovit Apostoli spem; verum post tot exantlatos labores, & ærumnas languit cor; igitur præcogitans iustissimum Casarem, integerrimum iudicem; invènit ad causam crudelissimum Neronem. Ex insulis in officio æstimantur prudentia & iustificatio; unde orta appellatio Pauli, ut cognita causa videretur quam maturè: verum maius apparuit ex periculo damnum, ubi micabat perfugium: igitur inquirens, uti par erat, iustitiam, ex iure formam, ut insectantium posset compescere invidiam; inimicorum secutum, expertus est Superiorem à dæmonibus possessum. Pridem Paulus cum esset ex illis, illius erant; & modò exturbare cogitant, fugientem consortia illorum, quæ vergebant in perniciem. Ecce causa, cur Paulus interposuit appellationem ad Casarem. Periculum in Casare suribundo videbat: maius è tabulis impostoribus instabat: & hos iurè fugit, vel dum ad Neronem confugit; quippe Nero tantum quibat admire vitam; illi scitebant iugulare famam. Reliqua videris *Tautolog.* 12. *Didasc.* 1. Non tantum valet, sed prævalet dolus. Nec mirum: nemo colligit de tribulis ficus, Dicam ex Ovid. 1. *Trist.* Eleg. 7. vers. 9.

Ovid.

Hæc ego vaticinor, quia sum deceptus ab illo, Laturnum misero quem mihi rebar opem.

DIDASCALIA V.

Rudefindus fidus coruscans, ac Præsulum decus.

1 Audemus virum gloriosum in generatione sua, & mirabilem in nostra.

Paulin.

Pars etiam meriti, meritū celebrare priorū. Ait Paulinus Consular. Carmin. de Baptis. vers. 19. Hic insignis, ut qui mirificavit Sanctum suum, etiam videretur magis mirabilis.

Idem.

*Qui nasci talem, nova per miracula insit. Unde talis & tantus Rudefindus, quasi nova per miracula luci expositus? Dicit in eius *Vit.* Tamaius:*

Tamai.

Ter Præsul, ter magnus eras, ter maximus. Ter magnus, ter maximus, quia ter præsul? Utique. Dicunt insignia munera singularia merita. Quia Dominus in illum tot

præteritis sæculis vigilaverat & sic in eo tanta virtutum agmina compilavit, tot sacris charismatibus imbuit, quod admirabile reputaretur exemplar. Quis putas erit in sanctitatis ac perfectionis culmine, cum quo tot retrò sæculis manus Domini? Qualis eius erit magnitudo, qui missus à Deo? Eximie imago elaborata, quandoquidem tot sæculis inlitterat Dei vigilia. Iurè Deitatis studium, qui non solum ter maximus, sed ter Præsul.

Formatio Rudefindi studii Dei.

2 Facere hominem decrevit Deus, insignitum dotibus, atque insertatum muneribus, paulominus minoratum ab Angelis; verum perfectione summâ vel in existentia corporis: igitur cum tres sphaera subessent dominatui, & homo exigeretur vasto, latoque regimini, in cuius mirabilem formam, ut esset exemplar futurorum, ita vigilavit studium, ut perfectione mirificâ non tantum orbi demonstraret hominem; sed hominem, qui natus fuerat in regimen. *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram; & præsit piscibus maris, & Gen. 1. 26. volatilibus cæli, & bestiis, univèrsaque terre. Perpende Et præsit. Car non Ut præsit? Ut præsit constituitur, sed conjunctione amplius perfectio cognoscitur.*

Homo imago Deitatis.

In præsidem fiat homo, Dei imago, cuius formationi incubuit; & ita præsit: equidem in exemplar prodigium orbis, quandiu præsit qui imago omnimoda Deitatis. *Faciamus hominem, & præsit. In huiusmodi propositum sumptis manibus locum: exclamatur Tertullian, de Resurrectione Tertull. Carn. cap. 6. Recognita totum illi Deum occupatum, ac deditum manu, sensu, opere, consilio, sapientia, providentia, & ipsi in primis affectione. Tantum studium in hominem? Tanta sollicitudo in imagine? Tanta: equidem ut formetur homo magnus, & in orbe & ad orbem primus homo; necessarius totus Deus: unde cum locum nequiret habere incuria, Deitatis exprimitur vigilantia; ut muneris tanti regimini adæquate responderet, quem Præsidem constitueret: igitur opus toto studio Deitatis, ut efformaretur homo dignus tribus prædentis. En articulus Rudefindi, vigilantia adhibita pro dignitate. Hominem Deus in ornatum orbis conatus est producere (specimen plene egregium eius potentia) ex cuius præclara forma, suspensa in admirationem hominum hæret intelligentia; equidem perfectionum atque charismatum iubar, in admirabile obijciendum exemplar. Hic Dei conatus, & natus est Rudefindus. Considera totum Deum*

Studii Deitatis, præsul insignis.

Deum occupatum, ac in opus intentum; ut exhibendum miraculum mundi, eius præclaris dotibus responderet vigilantia. Tanta opeoitas in fabricam hominis? Non tantum homo edendus, sed homo insignis: ut præsit. Non ut præsit utcumque, sed per quam optime: Ter Præsul. Tribus in locis insulandus tiarâ, triplici dignitate decoranda merita. Non solum, homo in lucem producendus, qui produ-cendus in aliorum lucem. Non homo hominis duntaxat dotibus, sed ter magnus, ter maximus, quia ter optimus; pastor trium Ecclesiarum, trium splendor populorum: & quanvis providentia semper vigilans in Deo, in formatione Rudefindi claret speciali studio; quippe minime communis vigilantia Deitatis, homo natus atque dignus tribus mundi prælaturis. Claret Deo occupatio, & Præsulis magnitudo, qua Rudefindus fulgebat, & cui tot facultis tota Deitas occupata vigilaverat.

Quomodo Rudefindus à Deo signatur format?

Deut. 31. 6.

Mirabilis singularis, & insignis.

Borgia.

Claudian.

3 Homo fulgebat mirabilis, singularis & insignis, factus usquequaque à Domino, cuius erat ad dignitates electio. Dominus Deus tuus ipse est ductor tuus, & non dimittet, neque derelinquet te: dicit populo Moyses. Potestne esse quid à Deo dimissum, & non desertum? Sanè, ut claret muneribus Rudefindi. Hic erat pastor, Deus ductor: & quanvis in munera dimisit, non deseruit; quoniam ut illum formaret, cui credebatur, tot retrò læculis studiose vigilaverat. Quippini in unoquoque munere splendor, cuius Deus ductor? Tradidit multipliciter in excellentiam tri-næ dignitatis, ut evaderet mirabilis, singularis & insignis: igitur unde alijs dedecus, Rudefindo splendor summus. Vas terreum depinxit Borgia p. 2. Emblem. cuius dignoscenda integritas, dum accedebat dignitas; cum acumine epigraphes: Si insu-deris, dignoscas. In Rudefindi lagena lux pro dignitate inclusa: equidem cum ex oleo dignitatum, ex redditibus non viderent profusionem, sed miram lucem; cuncti agnovissent in illo pastoris integritatem. Retorqueatur Profanus in Pansgyr. de 4. Consulatus Honorij à vers. 503.

— Quam fixa manet reverentia Patrum. Firmatur seniu iuris, præscamque resument Canitum leges, emendanturque vetustæ, Acceduntque novæ. Talem sensere Solonem. Que sub te vel causa gravis vel iudicis error?

Nec legitur ambij qui litibus addere finem Iustior, & mersum latebris educere verum. Quo pietas, quamvisque rigor, tranquilla- que magni

Vis animi, nulloque levis terrore moveri; Nec nova mirari facili: qua docta facultas Ingenij linguæque modus: Responsa veretur Legati, gravibusque latet sub moribus ætas. Quantus in ore Pater! Radiat quam torva voluptas

Frontis, & augusti maestas grata pudoris. Hæ dores insignes, in quæis effulgurant Rudefindi dotes, Quales? Pende: Vita puritas, doctrina claritas, & actionum humilitas sic terminos occupavit, ut etiam Numinis monitu renunciatus Antistes. Si homo insignis celebratur muneribus, etiam effulgurat dotibus. Scopus igitur erit Didascalix (ex argumento humilitatis, scientia ac vitæ candoris) exprimere puritatis singularitatem, scientiæ magnitudinem, ac humilitatis miræ insignem operationem.

Tamal.

Dotti.

4 Singularitas erga vitæ candorem Rudefindum constituit singularem. Verum quid fecit insignem huiusmodi puritatem? An nativitatis novitas fecit, cum nativitas in prodigium abiret? An quia annuntiatus è caelis magnus apud Deum & homines? An quia vel à puero perfectionis munus, in initio primordijs sublimioribus? Cuncta sanè in magnitudinem, verum originem adeptus eminentiorum, Unde origo? Ex qua perfectio. Quænam perfectio in puritatem vitæ? Perfectum esse, & perfectum non videri: perfectum rutilare, & ut imperfectum perfici: esse ultra perfectionis cacumen, nec sentire perfectionem.

Perfictio.

Pastor ter gemina quondam Rudefindi tiarâ; Paseris inter oves, qui modo pastor eras. Pastor iam ovis? Signum vitæ puritatis: equidem in perfectione summam, quod qui exemplar in exemplum.

Idem.

5 Postquam in lucem editus Sol iustitiæ, prodiens ex thalamo Auroræ, sistitur Domino in templo, incumbens præcepto per Moysen lato. Secundum legem Moysi. Difficilior videtur lex, quam subiectio (quippe non posita iusto, sequenti rationem, esse non haberet legem) maxime ex commendatione libertatis: verum subditus, qui liber, docet homines apices perfectionis: quandoquidem virtutum summa, legibus adspotum subijcere privilegia. Secundum legem Moysi. Validum occurrit argumentum in huiusmodi præscriptum: igitur subditur eodem articulo & capite: Secundum quod dictum est in lege Domini. Lex à Domino, & à servo? Lex Domini, & Moysi lex? Cuiusnam? Utriusque sanè, ut liber ferret sub lege, ostendens subiectionem voluntariam, & virtutum eminentiam. Dedit ipse Moysi legem, &

Luc. 2. 22.

Vers. 24.

Magna, legi-latorum legibus subijci.

& facultatem in promulgationem: cuiusque tenor legis exponitur meditanter ut lex Moysis, pro perfectione virtutis: igitur summa inter actiones insignes; quod ipse subijceret & ipsi cui dedit leges. Clarius. Vita puritas est in vita perfectionis singularitas, qua ostenditur nitor gratiæ singulari virtutum operatione. Subijci Moysi legi, erat iudicium puritatis vitæ: subijci ipsi cui dedit seita legis, erat speculum singularis perfectionis: diciturque lex Moysi ipsi à Domino lata, ut subiectionis insignis con-ruscaret excellentia; equidem vel in perfectione singulariter magnum, simul esse, atque cognosci & superiorem & infimum.

6 Aliter. Fulminavit populo legem Moyses, uti legem divina maiestatis. Descendit, qui dedit, homo in mundum, ut doceret homines perfectionem in adimpletione legum. Legi Moyses omnes constricti, nisi qui legem tulit, comprehendentem omnes: diciturque lex servi, qua lex Domini, pro singulari puritate vitæ: etenim si singularare sunt exemptiones in communitate legis; singularare utique perfectionis signum, subijci sine iugo communitati legum. Præterea. Unica lex erat, respectus duplex, quo duas fulgurabant leges. Respectus binus, unus servi & alter Domini. Duplex lex, quippe in una lex perfectionis, in alia perfectio legis. Perfectio legis iuxta legis tenorem: lex perfectionis iuxta legislatoris voluntatem: duplexque respectus signatur in lege unica, ut clarescat adimplentis excellentia: quandoquidem si perfectio legis ex legis tenore, & lex perfectionis ex subiecta immunitate; non solum perfectio qua ex legis incumbant instituto, sed quicquid ad legem imperaverat perfectio. Respectus non tendunt in diversa, quum noventur ex illis exercitia perfectionis singularia: lexque propria Dei obijciunt, qua à Moysse præcepto Dei promulgatur; quippe proprium Dei hominis, arbitria subijcere voluntatis homini cui dedit leges.

Subiectio sine iugo: iugum sine subiectione.

Amor enim iugo.

Oth. Van.

Oria.

7 Deinde. Amorem, etsi liber, quippe à voluntatis arbitrio, Prisci signarunt cum iugo. Vide Pier. Valer. lib. 48. cap. 98. Horat. 1. Carm. Od. 33. vers. 10. unde Oth. Van. Amor Emblem. 37. subdit: Gratum amanti iugum. Quisnam legem dedit amori, qui lex sibi? Accinit Ovidius 2. de Art. vers. 157. Non legis iussu lectum. Fungitur in nobis munere legis, amor. Amoris communis lex ac institutio, frequens legum derogatio. Amor divinas subdit legi amoris voluntatem, vel cui dedit

ipse legem: iugumque insignis servitutis, iungitur exemptioni ac libertati amoris; ut conset amor, & perfectio luceat: quandoquidem tantum amor cogitare quibat in vitæ puritatem, in virtutum perfectionem, in perfectionis excellentiam, in meritum coronam, dare legem, & eligere hominem, qui ipsum latorem obligaret in legem. Hinc dicit ille: Iugum meum suave. Non omne iugum, sed meum. Meum, pro perfectione: Moysis, pro lege. Meum, ex libertate captiva: legis, ex catena necessaria. Meum voluntarium ex amore: illud ex iure: unde iugum meum, esse iugum, leve & suaves quippe rutilat amor, quò lex valet sine lege: igitur si magnus, quarens perfectionem legis; clarior utcumque quarens legem perfectionis.

Quid amoris in lege?

Mat. 11. 30.

Oria.

Ioan. 10. 11.

Bernard.

Unde præfatio legis, & lex perfectio nisi

Hand stat parvo, tendit in ardua virtus. Equidem legem tulit, qua se Dominus comprehendere.

8 Denique. Pastorem Filium Dei hoc in articulo contemplatur B ernardus, sub cuius baculo uti gregis proprii (quippe pascit agnos, & non lupos) recensendus prædestinatorum in gloriam innumerabilis numerus. Ille dicit: Ego sum pastor. Sittitur templo legis præscripto: sicut Virginem Matrem alloquitur Mellissius Doctor, Serm. 3. de Purificat. num. 2. Offer ad nostram omnium reconciliationem, hostiam sanctam, Deo placentem. Offer filium tuum Virgo sacrata. Esto inter mulieres tanquam una earum, nam & filius tuus sic est in numero puerorum. Pastor inter oves gregis? Obstricta legi libertas legislatoris? Utrique docere studuit inter quos degebat, qui legem tulerat, non tantum virtutem, sed perfectionem: non tantum puritatem vitæ, sed in candore vitæ singularem puritatem; pastorque Christus exponitur, & simul agnus inter oves gregis; ut claret perfectio vitæ, qua non claret perfectio: equidem singularare, cum esset singularis, illic manere tanquam unum è cæteris. Hunc Pater signavit Deus, ut imitarentur sequentes legem, qui venire volebant ad patrem; & inter reliquos subiectus hominis legi, qui cæteros superabat perfectione; ut claret in perfectione ne quam magnum dari exemplar virtutis in exemplum. Exemplum erat, adimplendum erat adimplendo legem: exemplar, legem ferendo in eius adimplentionem. Exemplum, ex observantia libertatis in legum formam: exemplar, data lege in observantiam: dataque in exemplum exemplari, perfecta legis exhibetur observatio; quippe qui liberi, amore legis videbatur cum iugo: quo liber

Ooo

ten.

tendo eminenter coruscabat, cum esset similibus quibus similis non erat. Erat singularis virtus, magisque plausibilis; cum non videretur in virtute singularis, sequens legem, qui ultra etiam sequebatur perfectionem: quandoquidem perfectio singularis, non eminebat, qui eminebat inter omnes. Si exemplio demonstraretur, & legi subdicius, plauderetur uti magnus, quippe etiam videbatur ingum, videretur voluntariam, cum diceret voluntariam subiectionem immunitas: sub legeque voluntas non apparet, sed necessitas; quoniam tanta magnitudinis perfectio, ex eo quod lateat perfectionis magnitudo. Lex ab homine dicitur prolata, quae sua: & dum summittitur ex lege homini, sua propria obsequitur legi; quippe decrevit circa latam legem, sequi praescriptis quem elegit hominem. Sic enim videtur ovis inter ceteros, quasi e reliquis gregis: & quae lex propria, uti lex signatur Moysis: ut constet impossibile practicum, in professionem perfectione virtutum: igitur vel perfectus videtur impossibile inter ceteros esse parentem tenori legis; qui legem tulerat mundo, ut pastor universalis.

9 *Virtutum admirabile exemplar extollitur Rudefindus. Singularis namque plausus: etenim virtutum non tantum cunctis insigne, sed exemplar admirabile. Contemplatur factum, ut constet perfectionis portentum. Extraxerat Monasterium, in quo Franquillam, Abbatis titulo decoratam*

Ubi sup. Rudefindus appositus: sub cuius magisterio. Monachus, qui Episcopus fuerat; subditus, qui Gubernator extiterat; & novissimus qui primas in regali tulerat consessu, militavit. Sub legibus eiusdem, quem fecit Abbatem, observavit Rudefindus Religionis. Benedictinae legem. Regitur, qui rectorus? Rector traditur regendus? Discipulus super magistrum? Sub ipso tyrocinio magisterium? Cuncta ad textum Regulae, cap. 7. Grad. 8.

S. Benedicti. Nihil agat Monachus, nisi quod communis regula, & Maiorum cohortantur exempla. Adhuc ultra. Studebat Rudefindus virtutibus singularibus, ut puritas vitae niteret operationibus: Franquillamque Superiorem instituit, cui sponte pareat; ut ascenderet in perfectionis cacumen, & ampliore vite acquireret puritatem: quandoquidem eminentioris apex perfectionis, subijci Superiorem eiusdem legibus, quem iussit profere leges. Regebat Franquilla, rectorus a Rudefindi virtute, quae obsequabatur Abbati. In hoc fulgebat singularis vigilantia: in illo singularis obedientia: equidem etiam voluntarie subijceretur iugo; amplior nitebat

perfectio, ex eo quod lege constitisset hominem Superiorem, qui se constringeret militare iuxta legem.

10 *Venit Iesus ad Ioannem, ut baptizaretur ab eo. Expavit Ioannes: Quicquid ab his superest, venit in certamen amoris.*

Hac hominum nulli partesecundus erit. Uti dixit alio Ovidius, 2. de Pont. Eleg. 2. vers. 91. Tuncque dixit: Ego a te debeo baptizari. & tu venis ad me? Contendit Baptista, est ab humilitate peristentia. Placuit servi confusio, illicque respondit Dominus: Sine modo: sic enim decet nos implere omnem iustitiam: id est, omnem virtutem, summam perfectionem: implendam diciturque sic; quippe aliter virtus, verum perfecta non est: igitur non magni quicquam facit: sed qui adimplendo operationem perficit.

Tres gradus habet huiusmodi virtus in perfectionem, ut cor ascendat de virtute in virtutem: scilicet, subdere sed maiori, subijci aequali, atque minori obsequi. Primo virtutis inchoatio, secundo perfectio, tertio magnitudo: Christusque dicit decere, non tantum virtutem inchoare, in illam progredi, sed etiam ex toto implere; ut clareat virtus perfecta: quandoquidem plus in virtute non ultra, ubi propter perfectionem Christus obedit minori, qui debebat obedire. Spontanee fit subiectio, capta libertate sub iugo. Quare designatur ut iustitia: Ut in virtute effulgeret eminentia, quae magis studiose perficitur, dum non cognoscitur. Quod ex iustitia fit necessarium est: quod spontaneae, extra ius: Christusque subiectionem minori provenire dicit ex lege iustitiae: quasi non esset in actione voluntaria voluntas, sed voluntatis in subiectionem necessitas. Decet nos, & sic implere omnem iustitiam, in perfectionis formam. Not: igitur ut in virtute perficiatur summum, non esse nostrum: patebitque summum perficere nos; si sic implemus, quasi voluntas sit lex. At quid est virtus? Ubi actio voluntaria perficitur ut iustitia. Subijci maiori, iustitia est ex ordine rationis: minori subdi, iustitia ex perfectione virtutis: diciturque quasi ex lege iustitiae, lex quae duntaxat a voluntate decretata; quippequam subiectio maioris in regimen, omnimodo necessaria in virtutis perfectionem. Impleta est? Sane: equidem in perfectione summum, esse Superiorem, & subditorum infimum: quod maior serviat minori, ex voluntatis, atque perfectionis lege: quod qui peccatoribus exhibitus tanquam exemplar virtutum, ostendatur in exemplum

Matth. 3. 12

Ovid.

Verf. 14. & 15.

Gradus obedientiae.

Perfectionis.

Et mira.

plum penitentiae peccatorum. Vide dicta Taut. 2. Didasc. 5. a n. 14.

11 *Omnem iustitiam fecerunt est Rudefindus, non tantum ut faceret, sed ut impleteret. Non erat lex in coactionem voluntatis, sed erat lex perfectionis; equidem vera in virtute perfectio, ubi iugum sine iugo. Sine huiusmodi arbitrio esse plausibilis in subiectione; verum ad subiectionem non esset exemplar admirabile: subditurque sine lege minori; ut subiectione claresceret celata puritas vitae: igitur quod duntaxat ab amore operabatur voluntas, in iustitiae perfectionem iudicabatur necessitas. Immunitatem signabat, sese velle minoris subditum esse: necessitatem, minore maiori subijci: & sub specie ignota necessitatis, fastidium intenditur perfectionis; quippe tunc magis rutilabat subiectionis gratia, ubi sic implere legem, videbatur ex iustitia. Voluntatem exprimebat, iubere Franquillam dare leges. Necessitatem, legibus obedire maioris: tunc exemplar virtutum admirabile patet, dum virtute eminente nequaquam eminet; quoniam videtur operari ob perfectionis urgentem necessitatem, quod duntaxat exercebat ob virtutis perfectionem. Subditus videtur legislator, qui maior minor, qui eminebat ab humero & fursum inter omnes pastores, quasi unus regendi gregis; vit eximius, Apostolicus; tyrocinus: denique unus & numero Monachorum, qui solus ille superabat numerum, firmans puritatem vitae ex operationum perfectione: equidem pascabatur in exemplum inter oves, etiam Ecclesiarum pastor singularis.*

12 *Non tantum fultit in tanto Pastore vita puritas, sed & doctrinae claritas: equidem per exempla qui eximie doctus, clarissimus in doctrina.*

Manil. Credimus exemplo, quavis fulgentia visus Hunc orbem caeli vertentis sidera cursu Cardine tam simili fultit, quam vertice pinguis. Inquit Manilius 1. Astron. cap. 5. vers. 197. In omnium scientiarum literatura evasit

Ubi sup. Unde doctrinae claritas? Ubi actio voluntaria perficitur ut iustitia. Subijci maiori, iustitia est ex ordine rationis: minori subdi, iustitia ex perfectione virtutis: diciturque quasi ex lege iustitiae, lex quae duntaxat a voluntate decretata; quippequam subiectio maioris in regimen, omnimodo necessaria in virtutis perfectionem. Impleta est? Sane: equidem in perfectione summum, esse Superiorem, & subditorum infimum: quod maior serviat minori, ex voluntatis, atque perfectionis lege: quod qui peccatoribus exhibitus tanquam exemplar virtutum, ostendatur in exemplum

ius quo supra) ex quadam Episcoporum congregatione, Monachi Abbatis cognovere recessum, & ideo Missam detinere curiali honestate constitunt; ut illius solemnitati Abbas SS. assisteret ut Praelatus. Sed hoc per revelationem agnoscens Antistes, maximo dolore percussus, cum Ecclesiastica munia nequaquam sint humanis respectibus alteranda; a Domino fratribus veniam exposcebat: qui ne ad horam Missa desceret consuetam, Angelorum de caelo demisit agmina, qua Missam armonice & suavibus elixere concentibus. Ni fallar, arbitror in comprehensione Domini huiusmodi prodigium praesignatum.

13 *Sciens Iesus, quia venit hora eius, ut feret Patri gratissimum sacrificium pro salute hominum, obviavit militibus: quo in articulo in audaces in eum extendentes manus, Petrus ductus facta iniuria & zeli flamma (quippe amicitiae probrum, in tempore opportuno pro amicis non educere gladium) illico exemit, & audaciorum percussit. Ictus Petri Domini vulneravit patientiam, discipuloque dixit. Mitte gladium tuum in vaginam. An putas, quia non possum rogare Patrem, & exhibebit mihi modo plusquam duodecim legiones Angelorum? Quorsum haec Domine? Modò Angelis? Modò astra matutina plaudentia? Modò de caelis descensura agmina? Quo intuitu nunc Angelicus chorus, atque celestis concentus? Haec est hora, respondet. Clarius Marcus in proposito: Sufficit, venit hora: ecce filius hominis tradetur in sacrificium: cuius operatio proculdubio tempore praedestinato: proponiturque Angelorum de caelo chorus, dum sacrificium solemne retardare intendit Petrus: quoniam de caelo descendit Angelus in huiusmodi munia, ne sacrificij a Patre destinati oseeanter transeat hora. Pater constituerat tempus, quo offerretur oportunitate Christus. Tempus venit, Petrus impedit: tanque Christus Angelorum meminit; quippe si homines retardare cogitant, quod leges Patri praescriperant; Angelorum erit opportuna celebratio, ut sacrificium fiat in tempore constituto. En miraculum Rudefindi: Missae sacrificium celebratur ab Angelis, stupent Monachi, qui caelitem modulosis auribus percipere. Nova musica, & etiam in encomium Rudefindi: qui ita exacte vivit legi; ut quavis inter pastores occupatus, non indigne iret tempus; ut ritè & rectè sacrificium fiat, nec hora transeat. Non caelo gratum, quod matutinum fiat sacrificium vespertinum. Peragendi actus conventuales tempore praescripto iuxta leges. Actus*

Missae propter eum ab Angelis celebratur.

Index iustitiae.

Ioan. 18. 21.

Matth. 26. 53

Luc. 22. 53

Marc. 14. 41

Angeli sufficiuntur, ad homines efficiuntur.

sancti, sed ieiunus, dum extra tempus. Transibat quod destinatum in corporis Christi sacrum, & angeli descendentes de caelo ordinant modulantes sacrificium. Angeli? Uti que tempus opportunum transibat, & Angeli modulatur, ne hora transeat: quandoquidem cum Rudefindo sint curæ, tam officia Ecclesiastica, quam illorum tempora; ne transeat hora, exhibebit in officium plusquam duodecim legiones Angelorum.

14 Alium etiam contemplet articulum, quo præferretur Rudefindi miraculum. Natus est mundi Salvator in ipso mundo, cuius ortum sequi debuit exultatio, quam omnino prætermisit, quia mundus eum non cognovit. Venit plenitudo temporis, quo Virgo-Mater ostenderet Solem; & pastores tunc regionis vigilabant super gregem. *Impleti sunt dies ut pareret, & pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregem suum.* Nunciata felicitas felicibus pastoribus, dum vigilarent consulentes gregibus. Longe erant à loco, quo natus mundi Salvator, ab illis que tunc auditum Angelicum melos: *Subito facta est cum Angelo multitudo militia celestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bone voluntatis. Subito? Cur Angeli non sustinent pastores adimplere ministerium, dum subito efformant canticum? Quare celebrant vocibus Spiritus celestes, quod debent plaudere homines? Venit plenitudo temporis. Eadem hora, qua pro hominibus Salvator in lucem editus, homines debebant respondere laudibus: & impotentibus pastoribus distantia loci in templum nati Salvatoris accedere, Gloria in altissimis subito decantant Angeli; ne Salvatoris in templo deficiat glorificatio, & in tempore opportuno. Hora iam erat, qua ab hominibus promerentur in templo laudes, quibus incumbere debebant pastores; verum illic curæ gregis astare nequebant: tuncque & subito Angeli de caelo cantant; quoniam si tunc celebranda divina solemnia officia, & nunc tunc, transiret hora; ne hora ad officia transiret, chorus de caelo etiam subito descendit. Modò pastorum expectaretur adventus, & plausus; fieret profectò officium, sed extra tempus: subitoque officium hominum celebratur ab Angelis, ne protrahatur vel momento temporis.*

15 Patet tractus Rudefindi, in Missæ officium à Monachis expectati, cum esset cum alijs pastoribus circa gregem vigilantibus. Distantia loci nequebat opportunè templo S. Salvatoris accedere, ut cum Monachis

In officio divino laudatio, & in tempore opportuno.

Luc. 2. 8.

Verf. 13.

sacrum celebraret. Ille stabat, & tempus ibat: tuncque chorus celestis liurgiam cantat; ut fiat officium & rationale obsequium iuxta tempus constitutum: equidem que gratiora, haudquaquam grata, modò opportuna præterierit hora. O Rudefinde! *perfecisti laudem.*

Elegantior decore Astra cælis præterit.

Ait hic Crucius, sed non cives. A Monachis sacrum esset factum: at ab Angelis perfectum: perfectisque tempore opportuno laudem, dum te Monachi in concursu præstolabantur Præsidem; quoniam ne ad laudem transiret tempus, ad Missam Angelicam descendit de caelo chorus. Hæc est doctrinæ claritas, officiorum nimirum opportunitas. Doctrina eius exactè ad omnia Monachi munia. Claritas in tempestivam munium operationem, que muneribus præstabat rutilum lumen: cælumque miraculo exhibito, Angelis descendentibus de caelo, vibrantibus splendore, non solum astruit doctrinam, sed doctrinæ claritatem.

16 Restat demonstranda in maius miraculum humilitatis illustrium operationum. Non humiles operationes, sed præ eminentes: unde operationum illustrium mira pretiositas; quippe in cacumine eminebat humilitas. Fulgurat plena spica inclinata, quippe plena. Excellentiam gestorum Rudefindus minuit, verum diminendo crevit. Exemplar plauditur virtutum, vas à Deo electum, perfectionis specimen: verum de se quid dicit ipse? *Magis unde opprimi, quam unde levari inventio, factus mihi metipso gravis.* Verum unde? *De iniquitatibus, de sceleribus* (inquit) *ego omnium novissimus & indignus.* Parcius ista. *Novissimus? Vox sanè reprobationis, iuxta illud Christi: Erunt novissimi primi, & primi novissimi: multi sunt vocati, pauci vero electi.* Vas à Deo electum & sanctum indicatur ut vas perditum? Torum Dei studium & irritum & in cassum? Tanta moles ruit?

Magna cadunt, inflata crepant, tumefacta premuntur.

Disce supercilium deponere, disce cedere. Corruendo eminet, minimè iacet. Quia tabulas legis Moyse descendendo tenebat, facies ex Dei consortio radiabat. In cacumine accipiens legem, gloriosum populum haudquaquam vidit: verum vultu, dum descendit: minimèque potest dici descensus, quo magis rutilat radius, tenaciùque tenet legem, qui non quærit splendorem, factò in sublimia gradu ex ipomet cognitionis descensus: quandoquidem nemo eius gloriam

Plalm. 8. 3.

Crucius.

Cælum astruit quicquid Rudefindi libet.

Eius summa & rara humilitas.

Tamai. ubi sup.

Matt. 20. 16

Prudent.

co.

Exod. 34. 29
Perfecisti summa, perfectio nis ignorantis.

cognosceret, ni exaltatus descenderet. Cum descenderet de monte, ignorabat, quòd cornuta esset facies sua. Maior utique gloria ex huiusmodi ignorantia: quandoquidem magni, quod fulgeret: maximi, quod ignoraret; quippe perfectionis summum, splendere cunctis, & ignorare esse splendidum: studere adimplenti legi, quasi ex lege retenta haudquaquam micaret facies, denique descendere ignotum sibi, qui noscebatur à cunctis splendere singulari. Ita nitescit Rudefindus, dum sibi videtur reprobus, plenus iniquitatibus; qui plenissimis rutilabat virtutibus; parè in humilitate gloria ex perfectionis nescientia: igitur si gloriosus, eò quòd cunctis virtutibus splenderet; gloriosior sanè, quòd splendorem nesciret. Humiliatur, quasi nihil habens, omnia possidens, tuncque culmen assumpsit, quum descendit quippe vel vibrans radios copiosa luce, ipse ignorabat præ humilitate lucere. Premit, & deprimit vel actiones heroicæ Rudefindi humilitas; ita ut videantur quasi demerita, que illustriores in conceptu humilitatis: equidem sui contemptu, corde percusso, ob humilitatem singularem, se arbitratur maximum peccatorem peccatorem.

17 Audiamus Doctorem Gentium. *Mysterium dico vobis* (ita alloquitur Corinthios) *omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur: mortui resurgent incorrupti, & nos immutabimur.* Iure dicit mysterium, seu arcanum, quippe scaturit angelicis testimonium. Loquitur Paulus de iudicio extremo & sententia iuxta qualitatem meritorum, ac effectum iniquitatum & virtutum; equidem operationum discrimine omnes surgent incorrupti, sed non omnes immutati; quoniam per immutationem patebit corporum, qui destinati ad gloriam, vel ad supplicium. Omnes resurgent, verum non immutabuntur omnes. Id est, omnes incorrupti, verum non omnes gloriosi. *Omnes quidem resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Non immutabitur Paulus? In iudicio non erit gloriosus? Erit. *Mortui resurgent, & nos immutabimur,* quippe gratia non mortui. Quomodo ergo intelligendum? *Immutabimur & non immutabimur?* Latè de his agemus Tom. 7. T. 2. Modò audiendus Caietanus: *Valdè* (inquit hic) *sonat, quòd Paulus commemoraverit seipsum cum damnatis, dicendo: Sed non omnes immutabimur.* Si Doctor Gentium summo splendore apparebit gloriosus, orbem indicaturus, quo intuitu numeratur inter damnandos? Non est vas electionis, & segregatus ex utero matris, ut vocatus per

gratiam, adipisceretur summis virtutibus gloriam? Quo ergo iure cum damnatis flammis ignis? Iure proprio humilitatis. Minime actiones upore præclara in huiusmodi finem; sed singularem intendit exponere humilitatem. Demonstrat ampliorem gloriam in triumphum, despiciente eius cogitatione torum cumulum gratiarum. Scit sibi cælum favere, uti miraculum orbis hominibus designari, spectaculum fieri & Angelis & hominibus clarissimis charismatibus, prodigium cunctarum gentium; & intendit signere maius prodigium. Virtutibus ex gloria animæ, immutabuntur corpora veste gloriæ. Iniquitatibus retinebunt passibilitatem, ut æternum sentiant ignem. Ita peccatores, qui iniquitatibus spreverunt legem: aliter iusti, qui fovenerunt Dei amorem; & cum esset tot gratijs & charismatibus, ut miraculum mundi, Paulus instructus, exprimit, quasi nihil habens, prodigium maius; quippe non tantum virus, sed miraculum virtutis, quòd sibi ipsi videretur ut reliqui peccatores. Hinc mysterium dicit, dum se reprobum ostendit. Hocine arcanum profundius Theologiæ Mysticæ: hæc est maior gloria gratiæ. *Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur.* Hoc est miraculum, sed miraculum occultum: hoc est insigne miraculum; equidem sciens se regnaturum in cælo, præ humilitate destinatur abyssò. Se cogitat reprobum, virtutibus decoratum, ut per abiectionem sui cogitationem, pretiosissimum extruat & altruat humilitatem: igitur qui laurea vitæ immortalis regnaturus in Empyrio gloriosus, maiorem se dicit peccatorem quam habuit mundus. Aspulsatur mysterio, quod ille dicit Timotheo: *Quorum primus ego sum.* Verum hoc aliàs.

18 Novissimum se vocat Rudefindus. Unde novissimus? *De sceleribus? De iniquitatibus?* Iniquitates dicit, que virtutes? Magis invenit, unde promatur, quam unde levetur? Vas plauditur electionis, & se se cogitat destinatum flammis? Valdè utique sonat, quòd commemoraverit seipsum cum damnatis. Exigua sibi videbatur humilitas, ni ex actione humilitatis emerit singularitas. Cogitatio demittitur, ceterum virtus extollitur. Errat conceptus: *Si non errasset, fecerat ille mirus.*

In integrum restituit, quicquid erraverat: ait Seneca *Epist. 24.* Sanè: indicavit errorem, & morum integritatem. *Inanem fallaciam,* signat Paulus: videtur utriusque affectus fallaciæ decor, imò & fructus. *Videte, ne quis vos decipiat per inanem fallaciam.*

Sui cogitatio exigens, in Paulo excellens, gloria magna.

Martial.

Senec.

Coloss. 2. 8.

Fe.

Felix deceptio, ubi fallax cogitatio, ut claret in Rudefindo: quandoquidem fructum copiosum tulit, dum se fecellit. Decipitur, sed non fallitur: siquidem fructus virtutis, fallacia cogitationis. Videte. Vita nonne erat perfecta? Clamant sic vite prodigia. Quis minuit? Ille, qui feliciter fallax, non illa ut ille cognoscit. Quae adificavit perfectio, destruxit propria cognitio. Quicquid falsò cogitatum, fuit perfectionis ostentum: igitur comprobatur singularem, insignem humilitatem, sese habere tot virtutibus ut maximum peccatorem. Peccator habet in inferno locum, iuxta qualitatem criminum, sine immutatione, quinimò sine spe gloriæ; quippe addictus aeternaliter flammæ. Rudefindus immutabitur gloriosus? Fulgebit coruscans sidus, uti Præsidum decus. Ita fulget, ita eminet; veram ut magis emineat, in propria cogitatione feliciter cadit: etenim fallit non deceptum ab humilitate cogitatio, dum se arbitratur, ut peccator, destinatum inferno. Non est exaltatum cor, nec elatus oculus, à quo gloriæ inspecta lux: quandoquidem ubi patria celesti addicitur, illicque ab humilitate ducitur; cum non esset, inter peccatores & maximos numeratur. Cogitat profectò humilitatem, qui ambit in caelis veram & aeternam magnitudinem. Ulteriora petit Rudefindus, sibi non alij ignotus. Non videt, quippe in se, perfectionem: non considerat in virtutibus virtutem, sed propriam, ubi nulla, iniquitatem. Hæc est perfectionis pretiositas, & summa actionum humilitas; quæ gloriosior fecerunt Rudefindum, ubi bonorum operum demonstrarunt speculum: igitur cum cunctis, imò cælo placeret, & duntaxat displiceret sibi, erat peccator in propria cogitatione.

Isai. 38. 10. 11.

Bernard.

19 Ego dixi (ait Ezechias) Vadam ad portas inferi: dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viventium. Cum facerem, inquit, iudicium de iudicio futuro, singularis occurrit cogitatio: in infernum nimirum iturum, & Deum à me non videndum. Bernard. de Diversis ferm. 3. num. 1. & 2. Infit: Cum deposui à imagine terrestris hominis, imaginem celestis vellem, cepi à timore. Spes, quam conceperam salutis, mihi iamiam intercludi videretur. Est autem bona consolatio de spe salutis aeterna. Virtus Ezechiae præclara, religio mira, equidem templum restituit puritati, Domino deserviens & toto corde, iuxta apices legis cunctas dirigens actiones. Etiam Sol ostendit miraculo, quam acceptus esset cælo. Quid ultra, ubi perfectionem eius dicunt miracu-

la, & ut ipsum viderent ut miraculum, misit qui salutarent, Rex Assyrorum? Quare igitur dicit non Deum visurum in terra viventium; sed descensurum in barathrum? Quia dum cælum illustrabat, se non cognoverat. Nihil dignum, cum tot insignia fecisset, perfectisse iudicavit: inveniebat examine districto conscientia, præ excellenti humilitate, quid opprimeret, haudquaquam quid cogitationem levaret: maiorque insigni perfectione factus, dum sibi videbatur exiguis, indignus terræ viventium, ac dignus voracitatis flammaram; equidem cum virtutibus signaret cælum insignem; se destinatum inferno cogitabat peccatorem. Inducere cupiebat celestem imaginem; terrestrem deponens hominè: cepitque à sancto timore, cogitans spem salutis cogitatum intercludi; quippe equam firmior & amplior spes salutis, se tot virtutibus numerare cum damnatis. Dixit: *Vadam ad portas inferi*. Est autem bona consolatio de spe salutis aeterna; cum humilitas exaltet, quod cordis humilis cogitatio deprimat: equidem futurus profectò in terra viventium, qui dignum terra viventium, se cogitabat indignum. Pervenebat enim ad summam vocis, & studium cogitantis. *Ego dixi*: ait. Non erat peccator verè: erat peccator tantum in propria cogitatione. Non erat, sed ipse dixerat, ipse cogitaverat. Non dicebant alij: dicebat ipse. Iuxta cogitationem suam iudicabat actiones, haudquaquam prout cælum etiam miraculis confirmabat virtutes. Alij illas perfecte cognoscebant addictas legi: longè ille ab huiusmodi perfectionis cognitione. Virtutes planè insignes: & humilitas magnas fecit maiores; igitur cognoscentibus cunctis & vitæ & morte gloriosum dignum Empyrio, ipse iudicio proprio arbitrabatur vitam dignam inferno.

20 Macè Rudefinde divina gratiâ, & præ humilitate perfectionis nescientia. Videris quanti. Sic vitam in seculo construxerat, ut ad supremum perfectionis contigisse specimen videretur; sed cellule secessus maiora summe virtutis illum perdoctuit schemata, quibus continuò illustratus. Sic B. Vir Monachos de non esse ad esse perfectionis perduxit. Ad supremum perfectionis specimen pervenit vita & summis addit maiora: Quænam maiora, si priora demonstrantur uti summa? Opus consummavit, ut faceret. Omnis consummationis vidit finem. Propter perfectionem summa erant, & ultra summa altiora creata sunt: quandoquidem finis humilitatis singularis in perfectionem, est nullum habere finem. Finis sanè occurrit perfectioni, corque tunc dicit: *Nunc capi.*

Perfectio mihi nobilitas, perfectum se cognoscere in ter alio peccatore.

Ubi supr.

In Rudefindo etiam post summa, altiora.

Psal. 76. 11. Ut

Utique, quippe pro modo sine modo virtutis, non esse cogitatum sumum esse perfectionis. *De non esse ad esse*. Mira vox! In supposito perfectiùs inscitas it. Sine esse, minime attingitur summa; quia summa non solum supponunt esse, sed in altiora. Quo pacto perfectionis esse effugurabit sine perfectione? Modò esse perfectionis negatur esse. De non esse construit esse amor proprius, seu philantia, cuius occulta fomes superbia. De perfectionis esse construit humilitas nihilum, quod in esse virtutis est perfectum: & non esse perfectionis, in Rudefindi sphaera cogitantis, in summam pervenit magnitudinem; quippe in perfectionis esse non cognovit perfectionem. Ad nihilum redactus est: & nescivit, dum usque in summa processit; quoniam nihil cognovit perfectum, ipse redactus in nihilum. Cæteri plaudebant virtutem eius in culmine perfectionis; verum illi tam perfectio, quam virtus invisibilis. Mirantibus erat perfectio. Nec virtutem eius iudicabat cogitatio. Alijs encomium, illi nihilum: & de non esse perfectionis, uti ille dixit, ad esse perfectionis virtutibus mitis transit; quippe (cum virtus pariat gloriam, & vitia flammam) suo iudicio erat qui gloriosus, reprobus, quasi insignior peccator; quam habuit mundus. Patent simul virtutum celsitas & actionum humilitas: responditque imago actori (muneribus quis decorat) in cuius similitudinem tot sæculis vigilaverat.

Quomodi nobilitatis perfectionis?

Insignia etiam nobilitatis, & virtutis. Claudian.

21 An hoc intuitu, in insignibus prætulit crucem, circumq. & speculum? Potius virtutis signa, quam nobilitatis. *Virtute decet, non sanguine nitii.* Respondit ad amussim toto circulo vitæ expectationi divinarum vigiliarum, factus virtutum speculum; quod Sol è cælo percuciens, claruit uti splendor orbis. Rimemur ex Isaâco, quod contigit Rudefindo. Tristis procedebat Abrahamum coniugè sterili, et si pingui hereditate dixerat, *Domine Deus quid dabis mihi? Ego vadam absque liberis.* Ecce vernaculus meus heres meus erit. Statim sermo Domini: *Non erit hic heres, sed qui egredietur. Eduxitque eum foras & ait illi: Suscipe cælum, & numera stellas, si potes. Sic erit semen tuum.* Paulus exponens locum, infit: *Non dicit, Et seminibus, sed quasi in uno.* Non facilis intellectu promissio ex exegetico Pauli testimonio. Si unus tantum illustri domui promissus in splendorem, ne alienus subrogetur in pinguem hereditatem; quo intuitu numeranda sidera, quæ non possunt numerari præ multitudinè? *Sic erit semen?* Unus non est nu-

Genes. 15. à vers. 2.

Galat. 3. 16.

Psal. 76. 11.

merus. Quomodò ad numerum astrorum, si unicus tantum? Quomodò innumerabiles, uti multi, si non è feminibus, quasi in multis, sed in femine? Quoniam multi, et si ster unus pro commendatione domus. Domum illustrari à multis per successiones præclaras, in cuius cælo fulgerent astra primæ magnitudinis; erat felicitas: cæterum non singulare, quod successione variâ, varia rutilarent sidera. Singularis gratiæ erat specimen, qua Deus sollicitè commendabat promissionem: dicitur *in femine quasi in uno*, & non in feminibus quasi in multis, dum Abraham petit heredes; quoniam splendor cunctotam ab illo duntaxat uno, dato sanctis parentibus, ut miraculo, miraculo. Unus est in entitate, unicus in splendore; cuius intuitu numerantur stellas. Stella multæ: & multi ob unius causam & gloriam, quos cælum, ut luere, producturum super terram; quoniam ab illius duntaxat luce gloriosa tot astra & tanta domum Abraham illustratura. *Ego vadam absque liberis.* Quæ videntur fastidia, sub specie questus animi clarescunt vota. *Quid dabis mihi?* Sine filio hæredè quid? Sine filio quid cuncta? Cum illo omnia dicunt sidera: equidem plus, pretiosiusque quid non habet Abraham, quod petat; nec Deus amico, quod conferat. Habuit, quod voto concepit, medullitis concupivit. Filium unicum habuit: & dum unicus signatus, stellarum etiam designatur numerus; quoniam solummodò ab unico filio, quod tot stellas fulgerent in eius domo.

Filij unici fulgor & bonor, domus & familiaris sp. eador.

22 Parentes Rudefindi (infit Tamaius) cum omnibus, qua felicitatem affectare videntur, abundarent; filiorum, quos perveniente mortis articulo heredes relinquere solummodò privabant letitia. Gutterius castissimo coniugis decore letatus, hereditatem tristabatur; quia conservabat alienis heredibus relinquendam. Quibat dicere, uti Abraham: *Domine Deus quid dabis mihi? Plus quam petere quivit, illi Dominus concessit. Iduara peperit puerum diu desideratum, & in bonum Hispania omen progentum.* Sine heredibus, & illi conceditur Rudefindus. Iam in femine promissio claræ sed ubi sidera? In Monachis, altris factis ex confortio lucis: equidem extruens & habitans Monasterium, fulsit semen Monachorum. A Rudefindo tot sidera, quæ Cellarum decorantur claustra illuminatione virtutum: factumque è Cella-nova cælum novum; quippe eò quod ibi unus Rudefindus datus in lucem, tot Monachis quasi sidera domui augultæ protulerunt splendorem. *Terra fert stellas.*

Tamai.

Splendor stellarum Adonasterij à fulgere Rudefindi.

Ovid.

Sicut splendor Firmamenti qui erodunt multos: & pro Monachis innumerabilis numerus designatur stellarum; quia ex femine virtutum Rudefindi, propagata religione, tanquam sidera insigni domo non construnt merè domum; sed ritulum, coruscans novum celum. O Rudefindi! Tu solus unns & omnia, ut per te tot, tantaque effulgent astra.

Sil. Ital. Te duce, Superis quarunt libamina belli.

DIDASCALIA VI.

In Conceptione Virgo Maria sola tota pulchra.

Tota pulchra est Maria. Magnum, quod pulchra; maius, quod tota: verum maior excellentia, quod tota pulchra, ac totali pulchritudine sola.

Auxon. Mites habens per acerba profectus, Carpura dulcem fructum radicis amaræ.

Quandoquidem gratia vel in primo instanti continens venustatem, radicis naturæ infectæ expulit amaritudinem; ut ubi ex primo delicto, serpente inductrice, abundavit transgressionis culpa, ibi superabundaret & gratia. Morsus aspidis immedicabilis (inquit Textor in Offic. lib. 7. cap. 40. & Erasmi Chiliad. 1. Centur. 3. Adag. 85.) nec ab ullo vincitur, præterquam à muliere, qua vel aspectu contactuque solo necat. Hoc intuitu Silvester à Petr. Sanct. de Symbol. heroic. lib. 9. cap. 2. depinxit aspidem accedentem balsamo hæcine epigraphæ: Venio postura venenum. Nil mirum (dum uti serpens originaria lues serpsit, ac in omnes intermedium pertransit) quod Virgine concepta aspidis virulentiam deponeret: siquidem Virgo sicut balsamum aromatizans odorem dedit. Venit natura humana quæ à radice sepebat veneno imbuta: deposuitque venenum, quia invenit balsamum: quandoquidem illic ut in natura exstitit Virgo, aspidem culpæ interemit aspectu.

Petr. Sanct. Cur Virgo dicitur balsamum?

Eccle 14. 20. Cur Virgo dicitur balsamum?

Quid sit infirmitas & peccatorum originale?

2 Peccatum originale nihil aliud est nisi privatio originalis iustitiæ, spolians hominem à gratia, quæ illum cum Deo amicitia copulabat. Vide Soto lib. 1. de Natur. & grat. cap. 8. & 9. Unde cum iustitia originalis esset donum supernaturale, quod mentem hominis perfectè & plenè Deo per gratiam subieciat, cuius munere omnes facultates rationi, & corpus animæ parabant; ita peccatum originis est privatio iu-

stitiæ originalis, non prout rectum ordinem in corpore & sensibus conservabat, sed prout mentem & animam cum Deo amicitia fœdere, & vinculo coniungebat. Peccatum enim in corpore & sensibus minime infidetur; sed in anima, in qua gratia iustitiæ originalis: quare iustitiæ privatio in illa habet rationem peccati, in corpore verò habet rationem pœnæ. Consule DD. Scholasti. cum Magist. 2. dist. 30. Modò expositio textus Tautologici pro Virginis prærogativa ac singulari prorsus immunitate. Dominus tuus ipse est ductor tuus: & non dimittet, ne que derelinquet te. Te signat, quia Virgo sola: equidem si ex amicitia Dei omnimoda pulchritudo, ac in Dei amicitia facta Virginis conceptio; singularis Virginis prærogativa, quod in primo conceptionis instanti esset pulchra, & pulchra sola. Dimittit Deus animam peccato originali: derelinquit actuali lethifera lue: dicitque Virgineam nec dimissam, nec derelictam, ut signet semper comitantem gratiam: igitur cum illa futura singularis (uti benedicta inter omnes mulieres) speciali Dei protectione, & ex gratiæ magnitudine; ex quo Virgo in natura humana fuit, in amicitia semper Conditoris Dei. Facturus Conditor in illa miraculum nunquam in natura visum, ut superet orbis: fecit illi magna qui potens est: & à potente proponuntur magna, dum concipitur Maria; quippe cum nemo non à Domino in conceptione dimissus ex naturæ conditione; illa sola, tota pulchra, nec dimissa in primo instanti.

3 Ego destituta & sola: dicebat Ierusalem. Mirum, quod esset sola, si destituta, cum omnes iacerent mancipati sub universali lege. Ita natura gemit in ergastulo, quam conditionem participat Virgo, sine naturæ conditione, ratione gratiæ. Virgo meritò plauditur, unde illa summergitur; igitur si proprium humani generis; quod solum iaceat destitutione iustitiæ originalis; Virginis singularis vel ex primo instanti prærogativa, quod esset sola, sed minime destituta. Iure inquiratur: Que est ista, que ascendit de deserto: equidem mirum, quod illi sit ascensus, ubi cæterorum lapsus (de quo egimus Tom. 2. Tautolog. 5. D. 9. num. 21.) sed magis mirum, quod ista ascenderet per desertum: etenim si desertus locus dicitur, ubi nemo videtur; magnum sanè quod purissima surgat, sed magis mirum, quod sola inter cadentes ascendat.

4 Claret causa in Filij testimonio. Ecce venit hora (dixit discipulis) ut me solum relinquantis: & solus non sum. Quomodo

Deuter. 31. 6.

Maria nec dimissa, nec derelicta.

Isai. 49. 11.

Cant. 8. 5.

In esse primo nature surgit purissima, & sola.

Ioann. 16. 32.

10.

Cap. 8. 16. 29.

Sola non sola.

Ioann. Geom.

Bernard.

Isai. 11. 1.

Gratiæ miraculum.

Vel in ipsa natura.

solus & non solus? Si solus non potest esse, quo pacto relinquitur? Si non relinquitur solus, de quo queritur? Amplior plautus: ex eo quod esset solus & non solus, quanvis ab illis relictus. Verbum erat apud Deum: & non reliquit me Pater. Qui me misit mecum est, & non reliquit me solum. Specialem gratiam Christus exprimeret intendit, dum se solum & non solum dicit: equidem cum esset Patris unicus unicus filius; solus erat ille, qui nequibat esse solus. Quod filio per naturam, contigit Matri per gratiam. Derelinquitur quilibet à Deo, manetque solus ex ipso conceptionis momento, quia de originali participat peccato; igitur per illud illa amicitia dirempta, qua conditio gauderet originali iustitiæ: & solum Virginem Deus non dereliquit solum; ut vel in primo instanti datam exprimeret gratiam, qua non sensit iustitiæ privationem, sed prærogativam singularem: igitur illa sola, quæ non sola à Domino derelicta. Succinit Geometra, Hymn. 3. Gaude concretum sublimi corpus Olympo: Es vitij nostri crimine Virgo carens. Percipitur modò testimonium Bernardi de Virgin. Deipar. Serm. 1. num. 8. ubi plauditur virga, que sine radice floruit. Contrariatur Isaiæ? Videtur; dum hic vatinatur: Egredietur virga de radice. Si Virgo è radice Adami, quomodo sine radice? An quia habuit ab hac radice naturæ conditionem sine conditione naturæ? Alibi diximus. Adamus radix naturæ & radix peccati. Nemini sine peccato contigit ab hac radice conditio: Virgoque dicitur in conceptione de radice & non radice; quoniam exponenda uti miraculum naturæ per gratiam, vel dum connotat naturam: quandoquidem eius ita pura conceptio, quasi non proveniret ab Adamo. Nihil mirabile, si virginem ab hac radice non duceret, quod immaculatam in conceptione natura humana videret. Mirabile prorsus, quod esset immaculatus ex radice infecta fructus: dicitur que de radice & sine radice Adami, ubi Virgo videtur in naturæ conditione; ne claret etiam à primo instanti conceptionis mirifica gratia: equidem summè mirifica, ubi totum esse à radice ac principio conditionis, sine ulla in esse conditione radicis. Concretum sanè corpus ex illo femine, verum esse sine feminis crimine. Dicit Textus. Cognoscitur in singulari à qua radice proveniant, quippe in primo instanti radicis amaritudinem indicant, marcescentem anima ex ipsa portione terre: Virgoque dicitur sine radice florere, ortum ducens à radice; quo-

niam si ex radice qui in conceptione marcescit, sine radice laudatur, quæ ex ipsa radice floret. Ex trunco Adami quilibet uti virga egreditur, dum concipitur; per ipsum languorem denotando radicem: Virgoque dum egreditur flos, de radice, sed sine radice est; quippe ubi in alijs natura imbuta veneno languit, in Virgine sola, etiam in egressu floruit. Flos indicat pulchritudinis venustatem, languor infectam radicem, ex qua in mundo nunquam visum neque pulchrum, neque floridum: & dum ex radice Virgo pulcherrima floret; quia floret, dicitur sine radice; igitur ex primo conceptionis instanti florente gratia, ex radice sine flore, flore novo sola pulchra.

6 Nunquid ingressus es thesaurus nivis? Ita Dominus Iobbo. Quinam ergo nivis thesaurus, vel cur thesauri vox, ubi nix? Nix est candoris insigne. Thesaurus, divitiarum quid ignotum. Unde Virgil. 1. Aneid. v. 362. Veteres tellure recludit Virgil.

Thesaurus, ignotum argenti pondus & auri. Hoc etiam sensu apud Iurilconsultos. Consule Paul. de Castro de Acquirendor. domi. leg. Nunquam. Quare igitur si nix nota, in illa thesauri signa; cuius est discrimen fugere oculorum cognitionem? Huiusmodi nixis thesaurus est Deipara: inquit Gregorius Thaumaturg. Serm. 2. de Annunt. Sit ergo Virgo-Mater instar nivis, quoniam tota thesaurus candoris, atque gaza puritatis. Verum quo intuitu non tantum plauditur nix, sed nivis thesaurus? Quia eius conceptionis miraculum prorsus ignotum hominibus. Ignotus sanè hominibus candor nivis, in cuiuslibet articulo conceptionis. In Virgine videndum, quod nunquam visum: diciturque nivis thesaurus, in primo instanti quo formatus conceptus; equidem ubi aliorum prominebat horror, mirè fultis gratiæ candor. Aprius dicam. Alitè candor rebus advenit, nivi inhaeret; ita ut non esset esse nivis, sine accidente candoris. En conceptionis Virginis singularitas, atque singularis puritas: equidem cum candor hominum proveniat à gratia, expellente contractam labem ex origine à natura; thesaurus incognitus gratiarum ostenditur, dum Virgo adinstar nivis concipitur: igitur ut gratia conceptum præ se ferret singularem, habuit Virgo quasi nix ab origine candorem.

7 Signat Propheta, quid in hæcine conceptione incognitum & quid visum. Petite à Domino pluviam & Dominus faciet nives: dicit Zacharias non tam Synagoge, quam humano generi, præsentiam Virginis

Quæ floruit

Iob 38. 22.

Virgil.

Gr. Thaum.

Ab origine habuit candorem.

Zach. 10. 1.